



**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangeliō depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes in Passionem Et Resurrectionem D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

Meditatio 35. Quomodo Christo vinum felle mixtum pro potionē datum sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59870](#)

De gloriam, non ad laudem humanam
referri debet. Denique continuo & usque
ad finem vita perferenda est, additur enim.
Quotidie.

MEDITATIO TRIGESIMA QVINTA.

QVOMODO CHRISTO VI-
num felle mixtum pro potionē
datum sit.

EVANGELIUM.

BT venerunt in locum, *Matth. 27.*
qui dicitur Golgotha, *Marc. 15.*
quod est Caluariæ lo-
cus. Et dederunt ei bi-
bere vinum myrrha-
tū cum felle mixtum; & cùm gustas-
set, noluit bibere.

PROPHETIAE.

DEDERVNT in scam meam *Fel. Psal 68.*
Recordare paupertatis mee, ab *Thren. 3.*
synthij & fellis.

N C O N-

CONSIDERATIONES.

1. Punctū.

CVM Christus iam exhaustis viribus,
ad funestum illum montem per-
uenisset, homines immites, quod tot
raptationib⁹ iam animo pene linqui-
derent Saluatorem, capta illudendi
casione. Tant illi bibere vinū felle mix-
tum, vt animi sui felleam prorsus acer-
bitatem in eum ostenderent, qui nō pa-
terentur ullum esse membrum, quod
non proprio & suo afficeretur dolore.
At dulcissimus Iesus, quamuis non ig-
noraret, quis potus sibi præberetur, ta-
men vt suas augeret pænas, gustauit.
Nunquam enim recusauit, potius fla-
granti desiderio appetiſt quasvis occa-
ſiones ſuscipiendi molestias corporis,
animique, vt obedientia Patris perfe-
ctius ſatisfaceret, & copiosior eſſet no-
stra redemptio. Itaque voluit pati per
membra omnia, vt hominem sanaret
omnibus membris infirmum, & sicut
Adam ille etus suavitate fructus prohibi-
biti, in peccatum cecidit, ſic ipſe amara
hac portione culpam illius purgaret.

In more eſt, vt condemnatis dum ad
ſuppliciū eunt, aliquid ferē humanita-
tis & beneuolentie ostendatur, ſolando,
excitando ut fortiſint animo: aut præ-
bendo cibi quid delicatioris, & præstan-
tioris

tioris vini, ut confirmentur aliquantulum & recrecentur. At tui, ô benedictè Iesu, nulla usquā misericordia, non est qui consoletur, nō est qui humanitatis minimum signū præ se ferat. Consolatores tui erant, hinc impij lectores, qui nō cef-sabant probris te, maledictis, iniurijs afficere: inde superbi Pontifices, & perfidi ludæi, qui tuis malis elati gaudio, tota via spatiabantur, & scurrilibus in te iocis & irrisiōnibus se oblectabant. Ad extremum pro p̄iæstanti vino, & delicatiore cibo, quæ post tam difficile iter patata tibi erant, datur potio amara, felle mista & myrrha. Heu quam acerbam consolationem, & qualem tibi corporis refectionem extremis temporibus tuis, Domine mi, præbuerunt peccata mea.

O piissima & desertissima mater, quid doloris & amaritudinis penetrauit animum tuum, cum videres, diuinum illud os, quod ex tuo pectore dulcissimum lac suserat, tantam fellis amaritudinem experiri, quanto amore, si licuisset, iuises quælitum aquam, aut ipsa in aquas liquefacta essem, qua sitiēs os madefactes & recreates, ut aliquid saltēlationis carissimo & suauissim filio afferres. ô anima mea, cur p̄ cōpassione cor tuū nō rupitur? cur non fontes lacrymarum ex

276 MEDITATIONES

oculis profundis, ut vel hoc si aliter non potes, Domino ac Deo tuo aliquid desisti minuas; cum tot vndiq; prematur angustijs.

Vide quid nobis Dominus, quid nos illi vicissim faciamus : ille ut loquitur Prophet*Cibauit populum suum ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.* Nos contra pro pane myrrham acerbam & iniucundam dedimus, pro melle fel amarissimum. O Dei bonitas infabilis, ô hominū extrema malitia. Veile Domine mi cum in hunc mundum venires, inuenisti eum redundatēm vino corrupto & acido. Nam, ut scriptum est, non erat qui faceret bonū, non erat usq; ad vnum. Vuę nostrę erant vuę fellis, & vinum nostrum fel draconum, & venenum aspidum insanabile. Sed tu More Moysis mansueti, ligno sanctæ crucis, dulces aquas nostras reddidisti, & quasi alter Elisaeus farina qua aspersus fuit panis ille viuus, qui de cælo descendit, abstulisti à nobis omnem amaritudinem mortis. Sed heu mihi, à tua gratia sanati, reuertimur denuò ad miscendum fel & myrrā, actionibus in tuum obsequiū spectatibus: dum eas imperfecte & negligenter agendo, minus iucundas & gratas exhibemus gustui Maiestatis tue.

C 04

*Psal. 80.**Gene. 6.**Psal. 13.**Deut. 32.**Exod. 15.**4. Reg. 4.**Ioan. 6.*

COLLOQUIVM.

RO^GABIS Christum D.N. vt quē-
admodū ipse, cūm illi data est pro-
tanda crux, accepit & tulit, dum in ea
spiritum redderet : at cūm præberetur
vinum felle mixtum, postquam gusta-
uit, noluit bibere: Sic te dignetur illu-
minare gratia sua, vt cognoscens immē-
sitatem bonorum in cruce tribulatio-
num latentium: contra acerbitates, quas
inani specie tegit mundi voluptas, hanc
repudies & refugias, res duras magno a-
more amplectaris, vt cum Christo in
cruce mortuus, eius fructibus dulcissi-
mis in ipsius gloria gaudes.

DOCVMEM T A.

1. **C**HISTO bibere damus vinum
myrrha infectum, cūm qua pro-
pri ipsum solum agenda erant, in ijs ad-
miscemus humanum quendam respectū,
aut imperfectionem, ob qua opera illi no-
stra minus placeant.

2. Felori Saluatoris inferūt vino mix-
tum, qui specie veritatis spargunt fal-
dagmata, quiqu aut sermonis, aut facto-
rum asperitate offendunt atque exacuūt
ad iram proximos.

3. Christo vinum intelligentia myrrha

N 3 mixtum

mixtum dant, qui alienis cogitationibus
inter precandum dant locum. Itemq; me-
moriā felle mistam offerunt, qui oblitū
beneficiorum, qua à diuina Maiestate ac-
ceperunt; iniuriarū, quas acceperūt à pro-
ximis, meminerunt. Illi verò voluntatem
amarore infectam Christo præbent, qui
affirmantes se illum amare, in corde ta-
men aliquam sensus cupiditatē, aut crea-
sura cuiusque amoreū residere patiun-
tur.

4. Si quando post angustias tribulatio-
num & temptationum non ea consolatione
& gaudio fruimur quod optamus, non do-
lendum est, sed cogitandum etiam Chri-
sto postquam inferenda cruce exhaustus
esset, pro modica refrigeratione datum es-
se fel bibendum.

5. Saluator porrectum sibi vinum felle
enistum, gustauit quidem, sed percepto fel-
le noluit bibere sic & nobis nō omnia, que
speciem habent boni, continuā amplecten-
da sunt; sed ad libram rationis examinā-
da: quod si quid inuenitur intentione fel-
lis humani aut peruersi finis, repudian-
dum: idq; consilio Apostoli, Omnia proba-
te, quod bonum est, tenete.

6. Non conquerendum est de cibo at
potione, si minus sapidis & delicatis uta-
mur, quam gustatui placeat: quauis re-
potius

S.
ionibus
q; me-
i oblit
ate ac-
tā pro-
statem
nt, qui
de ta-
t cre-
atium-
ulatio-
latione
son do-
Chri-
austus
um es-
n felle
so feb-
a, qua
et en-
minā-
ne fel-
dian-
roba-
bo at
ua-
uis re-
otius
DE PASSIONE DOM. 279

ponis contenti simus, memores fellis &
auti, qua Christo Domino pro cibo & po-
tione data sunt.

MEDITATIO
TRIGESIMASEXTA.

DE CRVCIFIXIONE }

Christi.

EVANGELIVM.

ET ibi cruciferunt eum. Marc. 15.

Luc. 23.

Ioan. 19.

FIGVRAE.

ABRAHAM colligauit ligna Isaac Gen. 22.
in fasciculum, & super ipsa si-
lium imposuit.

Inssit Dominus Moysen facere ser- Num. 21.
pentem aeneum, cumq; pro signo erige-
re, in quem si quis respiceret de vulne-
ratis serpentū morsu, vitam seruaret.

Præcepit Dominus filijs Israel, vt Exod. 12.
primo mense sumerent agnum sine
macula, quem die decimoquarto eius-
dem mensis ad vesperam, immolare et
omnis multitudo filiorum Israel.

N 4 PRO-